

Vade in officinam figuli: eni artifex glebam manu tenet formaturus vas honoris, vel vas ignominiz. An lutum sese opponit? an petit, ut potius pro mensa, quam pro calina conformetur? Nullo modo! dependet a voluntate figuli, cui se totum relinquit. Parem in modum subjicienda est propria voluntas voluntati Dei, aut Superiorum cum plena indifferencia: *Cedendum est voluntati Dei, ait Iulianus Martyr, sicut lutum obsequitur suo figulo. C. Exod. 28. v. 12.*

*10. Bin. M. de rella conf.*

Non dixit Christus, qui vult venire post me, abneget suas opes, sed abneget semetipsum, ita ut desinat esse qui fuit, & incipiat esse, qui non erat. *Minus quippe est, ait S. Gregor. abnegare quod habet, valida autem multum est, abnegare, quod est. Non sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus & nos. C. Matth. 16. v. 24.*

*S. Greg. 12. in Evang.*

370. *Perfecta in quo consistat?*

Abbas Paphnutius considerando Vocationem, & renuntiationem Abrahæ ait, in tribus consistere perfectam abnegationem: *Prima est, qua corporaliter universas divitias mundi, facultatesque contemnimus: Secunda, qua mores, ac vitia, affectusque pristinos animi, carnisque relinimus: Tertia, qua mentem nostram de presentibus universis, ac visibilibus evocantes futura tantummodo contemplanur, & ea que sunt invisibilia concupiscimus, &c. C. Gen. c. 12. vers. 1.*

*Abbas Paph. c. 6.*

Hæc abnegatio continet decem gradus: *Primo: Abdicere terrena. 2. Eadem oblitisci. 3. Ea odisse. 4. Exuere parentum amorem. 5. Odisse animam suam. 6. Abnegare judicium. 7. Semper mortificare suas cupiditates. 8. Sequi Christum. 9. Amare proximum. 10. Adherere Deo per unionem. C. in Gen. c. 28. v. 22.*

Subjicienda est voluntas voluntati Dei, aut Superioris, tam perfecte, ut ne quidem causa præcepti inquiratur: Adam quia explorare voluit rationem: *Cur præcepit Dominus? transgressor præcepti factus est. C. Gen. 3. v. 1.*

Voluntas adeo debet esse cæca, ut ne quidem, in causam, in finem, in modum præcepti indagat: Abraham exiit et cognatione sua, non deliberans, imo nec sciscens, quo iturus esset. *C. Gen. 12. v. 1.*

Est perfecta abdicatio sui iudicii, & affectus humani, hoc enim in homine vivit, quod homini carissimum est: habet ergo Deus, ut quisque suos affectus & amores naturales, ac sensuales, Dei legi, & vo-

luntati repugnantes deponat, mortificet & resecat, & Dei voluntati subiciat. Dicit enim hoc Christus occasione Petri, qui per affectum naturalem erga Christum volebat ejus mortem impedire: *Si vis post me venire, abidica, abnega &c. C. Matth. 16. v. 24. Item ib. c. 10. v. 38. & seq.*

371. *Est necessaria ad salutem.*

Propria voluntas comparatur Scorpioni, quo nihil est nocentius & venenosius, interiorum animæ domum turbat, hominibus, & Deo repugnans, innumerabilibus vitiiis mentem intoxicat. *S. Bernar. ait: Peccator propriam sibi legem facit, quando æternæ legi propriam præfert voluntatem, volens imitari suum creatorem, ut sicut ille sibi lex, & vii juris est, ita is quoque seipsum regere velit, &c. Callianus ait: Impossibile est, mortificare voluptates & desideria concupiscentiæ, nisi quis prius didicerit mortificare propriam voluntatem, &c. C. Eccli. 26. v. 10.*

Voluntas propria est causa omnis peccati, quia, ut mala mulier est superba, garrula, impudens, ebriosa, rixosa, lasciva, desidiiosa. Unusquisque ergo propriam voluntatem abiciat, ut Divinæ voluntati copuletur. *C. Eccli. 25. v. 17. in fin.*

Cum Petrus Apostol. Christo Domino disuadere voluit suam passionem, facessere justus est verbis illis austeris: *Vade retro Satana! cur Satanas vocatus est Apostolorum Princeps? quia Voluntati Dei se opponere voluit. Voluntas ergo propria Satanas est, quia se voluntati Dei opponit. A. Lect. 5. n. 18. Imo Voluntas propria deterior est Satana, quia, ut ait Climacus: Qui sibi ipsi dux esse vult spreto duce proprio, non jam indiget dæmone tentante, quia sibi ipsi dæmon factus est. A. lect. 5. n. 19.*

Quis causa est infernalis elibani, in quo tot millenæ animæ ardent? Voluntas propria! dicit enim S. Bernard. Tolle voluntatem propriam, & infernus non erit! *S. punct. 117. fol. 358. Et B. ferm. 69. n. 2. Vide, Voluntas propria Tit. Superbia.*

FORTITUDO.

372. *Quid sit?*

Est virtus moralis voluntatem, & appetitum irascibilem afficiens, qua homo erga æterna, & terribilia recte habet, ita, ut neque prave timendo in malum cadat, neque temere audendo ab officio

ficio rationi consentaneo desciscat. Vel brevis: Est Virtus animi, qua labores, mortisque pericula constanter suscipiuntur, & perferuntur. Duo sunt ejus officia generalia: *Mala sustinere, & Mala agredi. Ita Succur in via vitæ æternæ. Vide Sanch. 6. par. c. 9. f. 817.*

*1. 9.*

*1. Reg. 15.*

*1. Mach. 9.*

Virtus fortitudinis quid sit, desumi potest ex pseudo-fortitudo, seu conatibus impiorum. Abimelech filius Jerobaal quantis machinationibus egit, ut septuaginta fratres occideret, & sibi regnum stabiliret? Absalon, ut Patrem suum e solio expelleret? Antiochus, ut cultum Dei in Judæa destrueret? Judas, ut, cum alii discipuli dormirent, Christum proderet, & ad mortem promoveret? cum igitur filii hujus sæculi sint prudentiores ac potentiores ad malum, quam Filii Dei ad bonum, ex eorum conatibus contrario desumi potest, quanta iustorum debeat esse fortitudo pro Deo, pro Ecclesia, pro virtute, contra hereses, contra peccata, contra tentationes, ita, ut nullo labore, nullis adversis frangatur, parataque sit, potius mortem appetere, quam a Deo recedere! hæc fuit fortitudo Martyrum, &c.

Adamas duritia est indomabilis, maleos frangit, incudem findit, ignem superat. Sic inter persecutiones mundi & diaboli adamantes fuerunt Martyres, ob fidem, & fidei prædicationem in Anglia, Hollandia, Francia ab Hugonottis inaudita ferocitate enesi. *C. Ezech. 3. v. 9.*

373. *Invenitur etiam in sexu altero.*

*1. Reg. 19.*

*Ruth. 3.*

*1. Reg. 15.*

*Est. 4.*

*1. Mach. 7.*

Michol, cum David Maritus suus ab exploratoribus Saul Patris sui ad mortem quereretur, virili fortitudine illis resistit.

Ruth, postquam reliquit patriam & Deos suos, malens vivere in paupertate, laudata fuit a Booz, dicente: Scit sibi ipsi populus, qui habitat inter portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis.

Abigail, cum vidit Virum suum Nabal stulte respondisse nuntiis David, tulit diversa donaria & fruges, quibus iram Davidis iterum mitigavit.

Esther Regina exposuit se periculo mortis pro liberatione populi sui, quando non vocata, ad Regem introire præsumpsit.

Machabæa pœcutes septem filios in una die intrepide intuita est, bono animo ferens, & famine cogitationi masculinum animam superinducens.

Beatissima Virgo Maria sub cruce dolores Filii invidiæ fortitudine tulit.

S. Magdalena, insuper habito Judæor.

furor, contemptis etiam persecutoribus Passionis Christi interit, ad sepulchrum ejus recedentibus etiam discipulis, excurrit: non recedebat, sed itans ibidem fiebat: sedulo etiam interrogabat: *Dominæ, dic mihi, si tu sustulisti, &c.*

Sara filia Raguelis gravem contumeliam ab ancilla prolata generose tulit, nec ei quidquam respondit, sed ad orationem sese convertit.

Actus Heroici.

374. *Equivalent magne perfectioni.*

Daphnucius ter rogat Dominum, ut sibi revelaret gradum illum perfectionis, ad quem diuturna sua austeritas ascendisset: *Primo equibatur tubicini impio quidem, sed qui aliquando Virginitatem a prædatorum lascivientium turmallem eripuerat. Altera vice equiparatur mundano Dynastæ, qui cum uxore sua castus vivere, & neminem pauperum sine ope dimittere solebat. Tertia vice comparatur Mercatori, qui fortunas omnes inter egenos distribuitur voluntarie pauper vivebat, &c. D. 4. 28.*

Theodolus Stilita quadraginta octo annis in columna itans rogat Dominum, Deum, ut sibi significare dignaretur, quem perfectionis gradum affectus fuerit. Deus revelavit ipsi, quod meritis æqualis esset Cornelio, cytharedo in urbe Damasco. Indagans Theodolus, qui hominum esset ille cytharedus, ab eodiscit, quod depauperata femina, qua ex inopia in periculo stabat vendendæ pro pretio pudicitia, trecentos thaleros donavit ad redimendum & captivitatem maritum. *R. i. par. mir. 1. N. 2. Decemb.*

Honoratus in convivio a parentibus celebrato a carnis abstinet, non abstantibus conviviuntium irrisoribus. Ecce! Deus disposuit, ut domo locuset montosis, in fonte domesticis piscis captus sit, sufficiens ad diuinam Honorati sustentationem. *Lile dein Monasterium construxit, tantaque sanctitate vixit, ut cum saxum et vicino monte abruptum, & per decliviam illud Monasterio ruinam minicaretur, nulli signo crucis stiterit, ita ut in hodiernam diem quasi pendere videatur. E. Verb. Abstinentia 1.*

Monachus quidam dæmone expulsum ab eurgemena recenti colapho in faciem cædit. Cumque ille mox alteram maxillam percussendam præberet, dæmon fugit, clamitans: *Violentia mandatorum Christi me expellit. D. ro. 7. Item Sanch. p. 6. c. 8.*



Jacob. Jordanes idem sua interpretatione sonat ac *judicium*, per baculum autem intelligitur perseverantia, dixit enim Petrus Aldobrandinus Cardin. sapientissimus: *Perseverantia est virtutum baculus, cui nisi innitantur, omnes corruunt*. In iudicio ergo vel maxime requireretur perseverantia, &c.

Fernes  
in Apo-  
pht.

Agricola, dum seminat, non est certus de fructibus colligendis in messe, quia interim segetes per feras, per grandinem, aliaque infortunia possunt destrui, quibus ille resistere non potest. At homo Christianus, dum agendo, & patiendo opera bona ferit, Deo promittente certus est, quod si perseveraverit, centuplum sit recepturus. Hinc S. Pachomius dicere solebat: *Seminemus cum lacrymis, ut cum gaudio metamus*. C. Eccli. c. 2. ver. 6.

380. *Constat sedulo labore.*

*Hic qui ex Deo nati sunt, ... dedit possessorem filios Dei fieri.* An ergo non jam sunt filii Dei, qui ex Deo nati sunt? S. Chrysostr., ait: *Ut ostenderet, multa nobis opus esse diligentia, ut in ipsam imaginem puram servemus*. B. Serm. 54. n. 4.

Recte Chilon aiebat: Res magnas tarde esse aggrediendas, sed constantissime in agendo perseverandum esse. Nihil esse tam arduum, quod non evincit perseverantia, &c. Turpe est, ait Seneca, cadere oneri, & luctari cum officio, quod semel recepisti; non est Vir fortis, qui laborem fugit, nec crevit illi animus ipsa rerum difficultate. Et iterum: In excelso est vita beata, sed perseverantia penetrabilis. C. Lev. 22. v. 23.

Hic labor perseverantia consistit in vincendis difficultatibus, & obstaculis. Moyses a Rege Pharaone minis & promissis detentus, rogatusque ut una cum populo remaneret, sacrificaretque in Aegypto, adeo non consentit, ut elementa prodigiis turbare, ipsaque rubri maris fauces cum populo subire maluerit. Sic resistendum obstaculis, malis sociis, irrationibus, sinistris consiliis, blanditiis & minis. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito!

Exod. 8.

3. R. 17.

Juvenis David concepit animum pugnandi contra Goliath: fratres, & amici dissuaserunt illi auxilium facinus: ille autem non cessit precibus & monitis. Pugnavit, stravit, vicit gigantem!

381. *Acquiritur per certas vivendi regulas.*

Si aeger convalescit, a medico recipit certam vivendi normam, qua conservare possit sanitatem, ait Chrysostr. ita peccatori conversio, ut in bono perseveret, certae praeservativae praescribi debent. Sic Apostolus Corinthiis ejusmodi regulas reliquit: *Volo quinque verba sorsim meo loqui, ut & alios instruam*. Quenam sunt haec quinque verba? Respondet S. Thomas: *Debet debet quinque docere: scilicet evadenda, agenda, vitanda, speranda, timenda*. B. Serm. 62. n. 8. 9.

S. Anselmus ait: Quadratus lapis sex aequalia habet latera, in quod horum ceciderit simiter stabit: sic vir iustus in suo consistit proposito, si ve incidat in prosperitatem, si ve in adversitatem. C. Exod. 27. v. 11. fol. 536. col. 2.

Admiracula perseverantiae, & stimuli proficendi in virtute, sunt 1. Mentem diligere in Deo; hic enim est primus constantiae adus, ex quo caetera bona sequuntur. 2. Amor ingens Dei, hinc enim exultat amantem ad laborandum; & patientium pro Dei obsequio: sic caritate obarmatus Paulus fidenter exclamabat: *Qui nos separabit a caritate Dei?* 3. Magnum desiderium proficendi in virtute. 4. Cogitare quam magna opera facta jam sint per constantiam seu perseverantiam; sic S. Paulus labore & constantia convertit omnes gentes, &c. 5. Cogitare brevem esse laborem & dolorem iustis vitis. 6. Invocare Angelum constantiae, puta S. Gabrielem, qui interpretatur fortitudo Dei. Exempla constantiae tam in Gentilibus, quam Christianis sunt admiranda. C. Eccli. 27. ver. 12.

382. *Debet se abnegare a pristinis consuetudinibus.*

Prudens ille juvenis post conversionem suam simulavit se amicum non amplius nosse: tum illa: Ego sum. At ille: Ego vero non sum ego. Et hoc est quod Christus requirit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum*. Sic S. Paulus fecit: *Vivo ego, non jam ego*: Siquis veniat ad te, qui tibi horas utiles vel furari: dicit illi iubes, te non esse domi: idem sonat essatum S. Pauli: *Vivo ego, jam non ego*. Uro. B. Serm. 62. n. 34.

Quidam Vir luxuriosissimus, Dei Misericordione compunctus et domo recessit, & in sepulchro se concludens penitentiam

etiam cum multis lacrymis egit. Apparuerunt illi demones & ad prillinas voluptates invitarunt, nolentem & repugnantem verberibus crudeliter occiderunt. Ille tamen constans perseveravit, itaut ab omnibus pro Sancto haberetur, & tandem demones clamarent: *Vicisti nos, vicisti!* E. *Desperatio* n. 1.

Gen. 19.

Uxor Loth versa est in Statuam salis quia respexit: ita post egressum e societate mala non est respiciendum retro. Castissimo Joseph quotidie molesta erat impudens Domina, ille autem adeo fortiter resistit impudicae invitationi, ut etiam pallium in manu illius fugiens reliquerit. Quod si ex curiositate aut amicitia iterum, iterumque regressus fuisset ad Dominam, quid futurum fuisset prae? Metuo, ne Joseph, qui nunc est exemplar castitatis, factus fuisset spectaculum miserae fragilitatis. Idipsum metuere debent multi, qui post penitentiam occasiones non reformidant.

Gen. 39.

Noemus centenis omnino annis edificavit arcam, o quot famis, opprobriis, & insultationibus pro fatuo habitus fuit, & tamen ab opere non cessavit. Ita qui serio aspirat ad vitae emendationem & salutem, malevoli mundi irrationes curare non debet. Dicat generose propter vos non capi, propter vos non desinat!

Dan. 5.

Danielis socii dixerunt Regi Babylonis: *Notum sic tibi Rex, quod Deos tuos non colimus, & statuam tuam non adoramus!* Daniel etiam propter crudele decretum Darii non desit quotidie adorare Dominum sicut ante confueverat. Sic fit contrariis contatibus, tentationibus, & amicitibus resistendum est!

Dan. 6.

383. *Apud multos deficit.*

Caput ejus aureum, pedes super bases aureas. En! ut initium respondet fini. Secus ac in illa Statua ubi caput aureum pedes lutei erant. O quot cum spiritu incipiunt, & cum carne consummant. S. punct. 35. fol. 763.

Cont. 5.

In Statua Nabuchodonosoris caput erat aureum, & pedes lutei: e contra Sponsus in Cantecis describitur ut rotas aureas. Ita homo salutis studiosus non tantum debet bene incipere, sed continuare. Simia quaedam belle vestita tam artificiose saltavit, ut ab homine non dignosceretur, cum autem amygdala, & nucis illi proficiebantur, statim omisso saltu ad hoc pabulum se contulit, unde cognoscebatur esse bestia. Ita multi quidem virtuose vivunt,

sed cum illis terrenae cupiditae, licentiam insultum, aut mundana voluptas offeratur, bene vivere desunt. D. 5. 19.

Sapricius Sacerdos jam ad martyrium pro fide rapiebatur, sed quoniam Nicephoro fratri iniuriam veniam dare non vult, perdit coronam gloriae, a fide deficit, & in vicem illius Nicephorus Martyr fit. D. 5. 76.

Hiberniae est fecundissima regio, incolae tamen non sunt ditiores, quam aliarum regionum, quia autumnum ordinarie est valde pluviosus, & colligi non permittit, quod ver & aestas procreavit. Vv. ar. disc. font. 48. ex. 10. Sic nihil prodest virtutum fecunditas, si in fine corrumpatur.

O quam tristitia habentur spectacula eorum, qui coeperunt edificare, & noluerunt consummare! quam luctuosi in bealessu casus sunt Origenis, Tertulliani, Luciferi Calaritarii, & aliorum! Timeamus, opem Dei humiliter imploremus; quia in Christianis non coronantur initia, sed fines! &c.

384. *Docetur a Christo patiente, & mansuete.*

*Jota unum non praeverit a lege.* Si jota hoc omisum fuisset, pars Redemptionis quoad praecipuum opem fuisset omisum. Jota hoc crux est, nempe lignum rectum, & supra transversum, &c. S. punct. 35. fol. 763.

Judaei clamabant: descendat de cruce: & Bernardus responderet, ideo non descendit, ut doceat perseverantiam. S. punct. 35. fol. 763.

Si Christus descendisset de cruce, frustraneae essent exhortationes Praedicatorum consolantium pusillanimes, & dicentium, tu locum tuum ne deseras! *Quod sine dubio sequeretur, si respondere possent: Quia Christus sum deservit*. Ita S. Bernardus C. in Matth. 27. v. 47.

Diuturnitate passionis, dolorum acerbitas aggravatur. Multi Martyres igne cremati, vel aqua submersi martyrium suum celeriter compleverunt: Christus autem ab illa hora post cenam, usque ad sextam horam nonam tormenta passus est, imo ut non potuerit non pati, clavus cruci affixus docuit perseverantiam.

Tu igitur, Christiane, ut discas perseverantiam, exemplum Crucifixi tibi ante oculos pone, & ad vulnus Divini Pectoris tamquam asylum confuge. Christus recurrens incredulum Thomam iustitiam digitos inferere in vulnus cordis sui. Cor non in vulnus manuum? Quia manus erant penitus perforatae, adeo ut per-

transire aut excedere potuisset Thomas. Sed Cor Christi tantum apertum, non perforatum fuit: hic non poterat perforari. B. Serm. 85. n. 18.

385. *Est necessaria ad coronam gloria.*

Eusebius Emisenus ait: Spes nostrae omnes in consummatione, S. Hieronymus: Non quaeruntur in Christianis inuita, sed fines. Gregorius: Incastum bonum agitur, si ante vitæ terminum deferatur. S. punct. 33. f. 763. S. Agustinus: Non est premium in inchoatione, sed in consummatione: non datur denarius incipientibus, sed finientibus, & corona non currentibus, sed peruenientibus. S. punct. 35. fol. 763.

Fatae Virgines excluduntur, non quia oleum non habuerunt, sed quia oleum earum non duravit usque in finem, ait Salvianus. M. conc. 36. aff. 2. n. 13.

Dæmon vocatur Lucifer, quia sicut Lucifer mane oritur, & statim disparet, ita dæmon in gratia quidem creatus est, sed non duravit, & ideo perit. M. conc. 36. aff. 2. num. 13.

David gladium in templo suspendit, non lapidem, quia gladio victoriam consummavit, lapide tantum incepit. M. conc. 36. aff. 2. n. 14.

S. Bernardus ait: *Absque perseverantia neque pugnatur victoriam, neque pallium victor consequetur.* M. conc. 44. aff. 1. n. 7. ad finem.

In tabernaculi atrio columnæ erant sexaginta: Columna est figura constantiæ, hæc necessaria est ad cali tabernaculum. 1. Ut vincatur animi mollietas. 2. Ut superentur difficultates & tentationes. 3. Ut firmetur perseverantia; multi enim bene incipiunt, sed sensim languescunt. C. Exod. 25. v. 11. fol. 536. Ubi exempla Sanctorum &c.

Amicus noctu importunus laudatur a Christo, dignusque censetur, cui porrigantur tres panes propter perseverantiam. Tres panes sunt penitentia, emendatio, & perseverantia. Hos perere debet poenitens a Deo; quia sine perseverantia non salvabitur.

Patentia.

386. *Meretur cali mercedem.*

S. Iulianus in basibus columnarum sculpti iussit facies bovis, & Cherubin. Quomodo congruunt bos, & Cherub? Beda

ait: Juxta Cherubim sit bos laboris, & patientiæ, si onus æquo animo feratur. S. punct. 148. f. 459.

Patentia est schola virtutum omnium; Docet enim caritatem, pacem, & reconciliationem cum proximo, docet pietatis exercitia, mortificationem carnis, jejunia, preces, continentiam &c. Exempla sunt, Iudas, S. Stephanus, Job, & alii. C. Exod. 2. v. 25.

Arbor hyemali tempore sine foliis exsucca, & non nisi ad ignem apta videtur, sed adveniente vere pulcherrime reflorescit, & tandem fructus parit. Sic se habet Patientia: in hoc mundo, quasi in hyeme, tribulationibus oppressa, & seipula videtur; cum tempore autem flante Deo, ac bene prosperante, ingenitibus meritis repullulabit, uti contigit S. Job. Id ipsum Urban. IV. Pont. Max. illustrat exemplo apum, conformiter ad mentem S. Davidis, qui de perfectionibus suis dicit: *Circumaderunt me sicut apes.* Hæc enim licet suis aculeis, & punctioibus dolorem afferat, amantur tamen, qui dulcissimum mellis favum conficiunt: ita patientia contribulato corde tolerat adversa; quia certus est, mellem juvanditatem subsecuturam. C. Eccl. 1. v. 29.

*Seminemus in lacrymis,* aiebat S. Patrem, ut cum gaudio metamus! &c. C. Eccl. 2. v. 6.

Gloriam cælestem per patientiam obtineri docent exempla Sanctorum: S. Athanasius quadraginta sex annis persecutiones Arianorum passus, totum fere orbem exul circumvit. S. Basilus præfædo Valentis Imperatoris mortem inimitanti respondit: utinam mihi quidquam digni muneris offerat, quod illi offerem, qui Basilium cæcis ad Deum transmittit. Constantius Imp. munitabat Eusebio amputationem manus, & ecce! Eusebius sine mora utramque manum porrexit amputandam. S. Lucius ob fidem ad mortem damnatus, cum ad supplicium duceretur, aiebat: Gratiarum ago, quod me ad summum cali regem mittas. Simeon Stylita in columna per multos annos inter pluvias, ventos, & nives stetit, continuo caelum spectans, &c. C. in Ep. Jac. 1. v. 11.

387. *Est virtus proflus Divina, & Deo beneplacens.*

Tertullianus exprobrat Phariseis, quod ex patientia Christi ejus Divinitatem non agnoverint; quia illi ad omnes accusationes tacebat: *In hominis figura proposuerat*

latere: nihil de impatientia hominis innotuit est. S. punct. 15. fol. 593. & 594. Ad alapam ferri percutientis Christum non tantum admirandam exhibet patientiam, sed etiam percutienti beneficiam facit. B. Serm. 1. n. 14.

Proo. 16.

*Melior est patienti Viro forti:* Fortis est qui vim facit, patientis, qui vim patitur: amplectendo igitur occasiones patienti plus placeat Deo, quam vigiliis, jejuniis, cilicibus ideo susceptis; & ideo Sancti gloriosi sunt de suis adversitatibus magis, quam de suis operibus: *Placeo mihi in infortuitibus meis, in contumeliis, in necessitatibus,* &c. Segn. Manna 5. Junii n. 1. & seq.

B. Martina de Angelis Ord. S. Dominici ægra rogavit Dominum sanatare, ut posset ordinem diurnum servare, & laborare: respondit Dominus: *Magis mihi placeat tuum pati, quam agere.* Ephem. Dom. 29. Jan.

Cur autem patientiæ opera Deo sint adeo grata, ratio est, 1. Quia sunt actus excellentissimi Christianæ fortitudinis & caritatis. 2. Quia sunt vestes quasi regales, & insignia animæ coram Deo. 3. Quia Christus crucem, & passionem quasi deificavit. 4. Quia tota S. Trinitas patientiæ actibus, quasi sacrificio honoratur. 5. Quia patientiæ, quasi laureola Martyrii in calis promissa est, &c. C. 1. Pet. 4. v. 14.

Fortia agere Romanum est, fortia pati Christianum: ibant Apostoli gaudentes, quod digni habitus sint pro Christo pati. C. Apoc. 7. v. 14.

388. *Amanti Deum dulcis & amena.*

Animæ generosæ, Deum amanti, nihil est optabilius, nihil jucundius, quam multa pro Deo pati. 1. Quia amorem in nulla re magis ostendere possunt, quam si pro Deo dura patientur, aut agant. Rursus dum vident Christum Dei Filium tanta pro se passum esse, ut amorem amori rependant, vicem ei reddere, & cruce ac dolore vicissim pro eo pati desiderant, dicentes cum S. Ignatio: *Amor meus crucifixus est!* item cum S. Franc. Xaviero: *Amplius Domine, amplius!* 2. Quia Deus eos, qui amore sui patientur, vicissim soletur, & se passionis melle consolationis dulcorat. Id experti sunt S. Martyres, qui in equalis & tormentis læticia gesticabant, hymnos & laudes Deo canebant. Id experiuntur, qui libenter adversa pro Deo sustinent: ita Psaltes: *Secundum multitudinem dolorum meorum con-*

fol. 93.

solationes tue lætificaverunt animam meam. B. Camplanus S. J. in Anglia Martyr, cum mors ei denuntiabatur, præ lætitia Hymanum Ambrosianum: *Te Deum laudamus,* cantare incipiebat. S. Martyres Marcus & Marcellianus in tormentis aiebat: Nunquam tam jucunde epulati sumus, quam libenter hæc pro Christo patimur! Mensura ergo passionis est mensura consolationis: Hujus rei typo Deus Moyfi in Mara dedit lignum, quod aquas amaras dulcorabat: lignum hoc est crux Christi, quæ omnes adversitatum amaritudines dulces reddit. 3. Quia afflicti cogitant, passionem esse brevem ac modicam, pro qua mox recepturi essent immensam, & æternam cali gloriam, dicentes: *Non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Ita S. Stephano videnti cælos apertos lapides dulces fuerunt. Ita S. Franciscus aiebat: *Tanta est gloria, quam expecto, ut me omnis morbus, omnis mortificatio, omnis humiliatio, omnis poena deleat. Felix, cui omnis tribulatio dulcescit, qui cum S. Catharina Senensis amara præ dulcibus accipit, & in amplexu crucis ait: Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferri pondera! In cruce enim est vera consolatio, verum gaudium, C. Jac. 1. v. 2.*

389. *Quomodo perfecta esse debeat.*

*Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me tot. 6.* dolore non parcat. Rarum hoc genus est consolationis, quia S. Job expresse petit majorem afflictionem præterita. In Hebraeo Textu dicitur, *ut tene me dolore* &c. vult igitur, ut Deus secum agat velut chirurgus, qui ubi ferum non sufficit, ignem adhibet: movebat ne Deus utpote bonus commiserationem secum haberet, ideo quasi animat ad rigorem, dicens: *Non parcat humanitati meæ, non parcat gemitibus, non parcat clamoribus, non parcat sensibus nature* &c. Segn. Manna 25. Maji 2.

*Patentia opus perfectum habet.* Hæc perfectio consistit in eo, ut patientis nihil excipiat: Nihil in adversis, quæ paritur, Volo pati hunc morbum led non illum, &c. Nihil in personis: Volo pati ab inimico, sed non a cliente, aut cognato. Nihil in tempore: Volo pati unum vel alterum diem, sed non mensem, aut annum. C. in Ep. S. Jac. c. 1. v. 4. Explicatio subtilissima. Tripliciter potest esse perfecta: 1. In se: id est in fortitudine & continuatione crucis usque ad finem, ut non deficiamus. 2. In fine, seu objecto, ut patiamur pro Christi fide, iusticia, aut virtute. 3. In subie-



Adversitates sunt specialis favor Dei beneficii. S. punct. 50. fol. 189.

Medicus dum affligit, non hostis, sed amicus est. M. conc. 27. aff. 1. n. 8.

Quod adversitates habeantur pro malo, solum ex nostra apprehensione venit; possumus enim illas vel alleviare, vel aggravare secundum nostram imaginationem. Christus Dominus passionem suam vocat calicem, *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Car tantum calicem nuncupat, cum tamen omnes Prophetæ illam comparent mari, inundationi, abyssu? nempe ut nos doceat de adversitatibus benigne sentire. Tu mi Christiane, cum adversi quid in te incurrit, semper excogitas rationes, quibus malum illud aggravas, quid mirum, quod tibi intolerabile videatur? puta esse calicem, quod mare est! Segn. *Manna* 22. Apr. n. 2.

Ingens sæpe bonum post se trahunt adversitates: vulneratus quidam in sinistro latere ob putridum ulcus jam morti imminabat. Procuibit ergo penes truncum succifæ arboris, nudato pectore, ut erumpenti sanie commodior pateret exitus. Obdormit, & ecce! prodigantius, quis non perditum existimaret hominem? Anguis autem exfluxit saniem, & æger non tantum sanatus est, sed serpentem obsequiosissimum semper asclam habuit. Vv. *Art. disc. font.* 27. Ex. 4. Sic sæpe putatur adversitatem esse venenosum serpentem, & Medicus est.

Omne gaudium existimate fratres, cum in variis tentationes incideritis; pati enim pro Deo gloriosum, & dulce est, exemplo Christi, & Sanctorum. C. Jac. 1. v. 2.

### 394. Sunt necessaria ad celum.

Dum edificabatur templum Salomonis non auditus est mallei strepitus: Quare? quia lapides foris in campo dolabantur; sic nos foris, id est in hac vita debemus tundi, ut lapides solum celestis Solymæ. *Hic tunditur, ut illic sine reprehensione veniamus*, ait Greg. B. *Serm.* 3. n. 37.

Civitas illa superna dicitur aurum mundum, sicut ergo aurum per ignem probari, ita nos per adversitates debemus. S. punct. 148. fol. 459.

In die iudicii, ait S. Hieronymus, pavebit terra cum populis, tu vero afflicte, & tribulate gaudebis, ridebis, & dices: Ecce crucifixus Deus meus &c. S. punct. 137. fol. 432.

*Sulcum deduxit Dominus per vias vestras: Via recta est, si medium correspondet*

extremis: extrema autem sunt iustus, lacrymæ, & nuditas: igitur in medio non est vacandum ritui, & sic per viam rectam, id est per tribulationes eundem est ad celum. S. punct. 48. fol. 186. Nazianzenus ait: Tribulationes sunt regia in celum via. S. punct. 53. fol. 194.

Sicut filius castigatus a patre, ut heres sit paternæ hereditatis: ita Deus nobiscum agit. S. punct. 19. fol. 617.

B. Margarita Sabauda Ord. S. Dom. abjecta sæculi pompa humilem vitam elegit. Rogans Dominum, ut se in librum vitæ inscriberet, Christum apparentem habuit, cum tribus sagittis, quibus inscripta erant: *Calumnia, morbi, persecutiones*. Data est illi optio, ut eligeret, illa autem Divinæ voluntati se resignavit. N. 23. *Nov.*

Anima a Deo dilecta comparatur lilio inter spinas: ubi Gregorius Nyssenus: Sicut liliam inter spinas efflorescit; sic anima sancta inter tribulationes in virtute crescit. C. *Cant.* 2. v. 2.

### 395. Insuperantur iusti, & cur?

Primo: ut augeant meritum. 2. Ut quotidianos defectus emendent. 3. Ut malos emendare satagent. 4. Ut peccatorum suo exemplo terreat. 5. Ut enim cicuratur leo, cæditur canis in illius conspectu. Sic Moyses, Aaron, Loth, Ananias, & Saphyra puniti sunt, & tamen non peccarunt graviter juxta SS. Patres: Quare? ut peccatoribus essent exemplo. B. *Serm.* 32. n. 44. *Ser.* 13. §. 8. & seq. *Serm.* 21. §. 4. *Serm.* 32. §. 4. *Ser.* 32. n. 30. Quinto ut fiduciam non ponant in auxilio humano: Josephus duobus adhuc annis remansit in carcere, quia suam spem in pincerna collocaverat. B. *Serm.* 32. n. 31. Sexto: quia sunt commixti peccatoribus. B. *Serm.* 38. n. 12. Septimo, quia peccatores non convertunt. B. *Serm.* 65. n. 15. Octavo ut ad orationem confugiant. S. punct. 1. fol. 3. Vide Tit. *Homo Iustus*.

Dominus Deus affligit iustos, ut peccatores emendet: vult enim agere more Patris, qui cum videt filiolam minorum abhorreere a correptione, quid agit ad hunc instruendum? corripit in ejus presentia majorem natu filium, licet infonem, ut ab ejus modestia, qua statim oculos demittit, & tacet; & verecunde se inclinatur paternæ, audaculus ille discat non irasci. Segn. *Manna* 22. n. 3. in fine.

Febris concutit artus corporis, & solus stomachus amarilissimis medicinis curiatur, ut cæteros artus sanet. Ita iustus tribulatur, ut impios emendet.

He.

Hebræi per nonaginta annos affliguntur in servitute Ægyptiaca 1. Propter peccatum idololatriæ. 2. Ut odisse discant Ægyptum, & aspirare in patriam. 3. Ut manifestetur potentia Dei in decem plagis &c. C. *Ex.* 1. v. 10. fol. 340. Item in *Prov.* 3. v. 12.

### 396. Docent contemnere mundana.

Adversitates sunt succus Aloe, quem mater liliini mammis, ut infantem a lacte defueliat: sunt vermiculus Jonæ quidquid vult, quidquid potest, faciat: quid faciet tandem ad id, quod accepturi sumus? &c. S. punct. 49. fol. 188.

Plalmi sere omnes a tristitia ordinatur & in læticiam desinunt. S. *lb.* f. 188. Sicut Adamus collocatus est in Paradiso, ut illum operaretur: ita Deus in te collocat adversitatem, ut illa te elaboret ad celum; quemadmodum ergo terra male accusaret agricolam, quod sarcullis, & ligonibus eam profcindat; ita homo male conquiretur contra adversitatem. Segn. *Manna* 13. Martii n. 4.

Scriptura expressit meminit, callissimum Joseph fuisse triginta annorum cum regnare cepit, quare? ut exprimeret ejus triennale in carcere ærumnas fuisse abunde compensatas duobus octoginta annis regnavit. C. *Gen.* 41. v. 46. Item 1. *Pet.* 1. v. 6.

S. Greg. ait: *Idcirco frequenti tentatione non conterimur, ne viam præ patria diligamus.* Et S. Augustinus: *Amarus est mundus, & diligitur: putas si dulcis esset quomodo amaretur?* B. *Serm.* 33. n. 16.

*Edificavit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.* Nempe optabat S. Augustinus: *Peto Domine, ut omnia mihi amarefiant, ut tu solus mihi dulcis sis.* Vult Deus ab his mundi rebus avocare animum, ne via præ patria diligatur &c. S. punct. 40. fol. 168.

De filio prodigo, ait Chryostomus: *fames revocat, quem saturitas expulerat.* S. punct. 41. fol. 171. 172. & seq.

Sunt plurimi & Christianis, qui sicut Israelitæ opimis pascuis circa Jordanem statim essent contenti, & æternum cælo renunciarent, si semper in hac terra degere possent: Deus ergo, ut eos a lacte mundi abstrahat, mamillis amaritudinem aspergit. P. p. 2. *dis.* 14. n. 18.

### 397. Facile tolerantur intuitu beatitudinis.

Josephus Prorex primogenitum suum vocat Manassæ, quod interpretatur oblivio: nimirum exaltatio docet oblivisci omnium laborum. S. Petrus de Alcantara post mortem apparet S. Therisæ, felicem dicit suam penitentiam &c. B. *Serm.* 18. n. 14. Vide titulum *Beatitudo*. S. punct. 148. fol. 459. & seq.

Sicut tempestas, qua iactabantur disci-

puli, in tranquillitatem: sicut lacrymæ in uniones.

Sicut facies bovis in Cherubinum mutabantur: ita adversitates in gloriam. S. punct. 49. fol. 187.

Lazarus ab Angelis in celum portatur. S. *lb.* fol. 187.

*Non sunt condigne passionis hujus temporis ad futuram gloriam: in qua verba Augustinus: Sævius mundus, fremat quidquid vult, quidquid potest, faciat: quid faciet tandem ad id, quod accepturi sumus? &c.* S. punct. 49. fol. 188.

Plalmi sere omnes a tristitia ordinatur & in læticiam desinunt. S. *lb.* f. 188.

Sicut Adamus collocatus est in Paradiso, ut illum operaretur: ita Deus in te collocat adversitatem, ut illa te elaboret ad celum; quemadmodum ergo terra male accusaret agricolam, quod sarcullis, & ligonibus eam profcindat; ita homo male conquiretur contra adversitatem. Segn. *Manna* 13. Martii n. 4.

Scriptura expressit meminit, callissimum Joseph fuisse triginta annorum cum regnare cepit, quare? ut exprimeret ejus triennale in carcere ærumnas fuisse abunde compensatas duobus octoginta annis regnavit. C. *Gen.* 41. v. 46. Item 1. *Pet.* 1. v. 6.

### 398. Facile tolerantur intuitu inferni.

Patriarchæ Loch difficilis videbatur ascensus montis, in quo salvare se iustus est: at cum vidit ardentem urbem, ascendere festinavit: ita quidquid difficile est in mundo, intuitu ignis infernalis leve fit &c. B. *Serm.* 29. n. 3. n. 18. &c.

Juvenis Monachus navigante tentatus ultima nocte, qua redire ad scæculum decreverat, somniat, se ad portam stare & videre duas vias in proximam sylvam. Pone stabat fenex, qui interrogatus reposuit, viam dexteram esse quidem asperam, sed ducere ad campum lœtissimum. Viam sinistram esse quidem amaram, sed ducere ad deformem & terribilem abyssum. Sic evigilans perseverabat. E. *Verbo Apostola* n. 5.

Modicum hoc passionum, quas in vita toleramus, excitare nos debet, ad omnem animi alacritatem, & fortitudinem. S. August. ait: *Esti mille annos duraret, si autem pereris, quid sunt mille anni ad æternitatem? Paucorum dierum est vita hominis! Esto igitur quod per omnem vitam, in laboribus, in carcere, & tormentis viveres, labore brevi transacto mœcedem accipies! Impii autem uno momento*

S. Aug. in 27. 36.

s. Chryl.  
hom. de  
Lazaræ.

mento lætantur, & de in æternum ejulant &c. Et S. Chryl. Siquis per unam noctem suave somnium vidisset, & deinceps annis cruciaretur tormentis, an vellet denno suaviter somnare? Abfit! Quod est somnium unum ad centum annos, hoc est vita præsens ad æternitatem! &c. C. 1. Per. 1. v. 6.

Innocens Joseph perfectione & venditione fratrum erutus fuit e cisterna, in qua forsam fame & sibi perire debuisset. Ita multi per tribulationes eruntur e scrobe inferni, & exaltantur ad cali folium, qui alias forte perissent æternum.

Daniel e lacu leonum erutus, & tres pueri in fornace Babylonica incolumes, cum viderunt alios a leonibus discerptos, & a flammis exustos, mirum quantum confortati sunt in sua constantia, parati pro Deo adversa omnia sustinere. Sic iustus roboratur, videns damnatos inter leones & flammam infernales &c.

399. Expiant reatum pœna.

Non frustra Christus quæsit paralyticum: *Vis sanus fieri?* Quia dubium est, utrum melius bonum fuerit misero sanum esse, aut ægrotum: ægitudine enim poterat expiare peccata. B. serm. 45. n. 24.

Petrus Blesensis ait: Flagello Dei pulvis excutitur: per pulverem intelligit reatum pœnæ. S. punct. 41. fol. 176.

s. Gregor.  
hom. 12.  
an. Ev.

S. Gregor. ait: Una calcibus tunditur, & in vini saporem liquatur: Oliva contusionibus expressa amurcam deserit, & in olei liquorem pinguefcit: per trituram areæ grana a paleis separantur: sic quisque studet humiliter purgationis suæ flagella tolerare. Deh subdit exemplum Beati Servilii &c. S. punct. 53. fol. 193.

Mauritius Imp. omittit captivos Christianos e manu Regis Avarorum redimere, propterea illi omnes crudeliter trucidantur. Quid fit? Imperator in somno citatur ad tribunal Dei, queritur a Iudice ubi delictum expiare velit hic, aut ibi.

Mauritius eligit hic in vita puniri. Mox exercitus contra ipsum rebellat, Phocas in Imperatorem proclamatur, Mauritius in carcerem datur, ad necem raptur, in ejus oculis quinque illius filii obruantur & denique etiam ipse interficitur. In his æumnis omnibus lætatur, est quia meruit scelerum suorum reatum in hac vita expiare. D. 2. 90. E. *Tribulatio 1.*

Nonne gauderet lapis, si posset, quod scilicet polietur, siatque statua elegans Regis? nonne gauderet lignum, quod læ-

vetur, & fiat chronus principis? nonne gauderet pannus, si lœxivio perfrectur, & emundetur? sic gaudendum de tribulatione, quod enim est ignis, auro, lima ferro, scalpum lapidi, runcina ligno, hoc iusto est tribulatio. C. Jac. 1. v. 12.

400. Sunt remedia ad correctionem peccatorum.

Elifeus confregit serpentem a Moysse olim erectum: Quare? quia incæpit esse occasio idololatriæ: Ecce! hanc ob causam destruit tibi Deus bona tua, fortunam, sanitatem quia sunt tibi occasio peccati. B. ser. 52. n. 11. & lb. S. 3. ser. 67. n. 2.

Etiam Pharao humiliatur per supplicia Dei. B. serm. 67. n. 4. S. punct. 41. fol. 170. punct. 19. fol. 617.

Sicut cera liquefit, ut aliam formam recipiat: ita Deus febrim mittit, affligit &c. M. conc. 12. aff. 3. n. 5. 6.

B. Joannes Vincencius ex habitis concionibus fatigatus rogat a Parocho sibi commodari equum ad iter faciendum. Excusans Parochus ait equum suum esse nimis sternacem, ac impetuosum non sine periculo equitis. S. Vir non obstante hoc petit sibi adduci equum, cui crucem in fronte signabat, dicens: *Miriget te Christus Princeps pacis.* Et ecce! equus factus est mansuetissimus, ac semper in genua procumbens Sanctum tergo excepit. Tu mi peccator exas sternax & inobediens: Deus tibi dedit crucem, ut mansuereciscas. R. cent. 2. p. 2. mir. 49.

Serpentes & alia venenata, fulmine afflata, venenum amittunt, juxta Senecam. Vv. Art. disc. Font. 12. Ex. 2. Ita peccatores patiente Dei manu percussii peccati venenum exspuunt.

Frater Joseph in Agypto durius habitus agnoscut suum delictum, item Manasses, Nabuchodonosor, filius prodigus & alii: hinc Psalmista rogat: *imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* C. Gen. 42. v. 21.

Tobias meruebat piscem, & tamen ab Angelo iustus est, ut eum foriter apprehenderet; esse enim utilem ad medicinam: & revera felle piscis sanavit cæcitate patris. Sic multi exhorrescunt adversitatem, quæ tamen medicina est.

401. Sunt singulari favor Dei.

Adversitates sunt testera amicitie Dei: Amici Christi, Beatissima Virgo & Johannes dilectus Discipulus nunquam absue-

runt a cæcitate. Quid majus est dare aspectum crucis, an crucem? utique hoc posterius: quia primum datur & amicis & inimicis Christi: posterius autem tantum amicis, ait Haymo. S. punct. 50. fol. 189. C. Gen. 33. in fine.

S. Jacobus Apostolus hortatur fideles, ut gaudeant, cum in varias tentationes inciderint; tribulatio enim est summum bonum, ideo non dolendo, sed gaudento excipi debet. Atque hæc est nova sapientia hæcenus mundo incognita, quam Christus velut arcanam e sinu Patris secum in mundum delatit, dicens: *Beati qui persecutionem patiuntur.* Totam vitam Christi fuit continua afflictio, mors & martyrium. Paradoxum hoc a Christo & Apostolis prædicatum, ignorarunt præsci Sapientes, nescivit hoc Aristoteles, non intellexit Plato, falsam censuit Anaxagoras, stultum Epicurus. Antesignanus ergo hujus gaudii fuit Christus Dominus, anhelans Crucem, & dicens: *Baptismi habeo baptizari &c.* Secutus est S. Petrus inquit: *Communicantes Christi passionibus gaudete.* Secutus S. Paulus: *Gloriamur in tribulationibus.* Secuti omnes Apostoli: *Ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* C. Jac. 1. v. 1. Item Philip. 4. 4.

Tribulatio igitur seu adversitas est summum bonum: 1. Quia nos ab amore sæculi avellit. 2. Quia signum est filiationis seu electionis Divinæ. 3. Quia nos assimilat Christo &c. &c. C. Jac. 1. v. 1.

Adversitates singulariter erudiunt animam, & imbunt celesti sapientia. S. punct. 50. fol. 189.

Mala omnia a Christo fuerunt deificata, hinc Sancti Martyres gaudebant de tormentis: cur ergo homines ita horrent cruce? Respondeo, palato ægro panis est pœna, & lux ægris oculis odiosa. S. punct. 50. fol. 189.

Qui filius, quem non curripiat pater? Ubi Agostinus: Si exceptus esses a passione flagellorum, exceptus esses a numero filiorum. S. punct. 19. fol. 617.

Errant, qui adversitates putant venire a Deo irato: veniunt a Deo amico: *Delebo hominem, quem creavi non simplicitate, sed secundum quod dicit: si hortulanus minime, sed prodesse cupit: Sic Deus minatur supplicium, sed non permittit excidium,* ait Ambrosius. M. conc. 27. aff. n. 4. 5. & seq.

Joseph soli Benjamin calicem in fac-

cum inferuit, quia hunc præ cæteris diligebat. M. conc. 29. aff. 2. n. 1. & seq.

Tiberius sub lapide, cui forma crucis insculpta erat, pretiosum thesaurum invenit; O quoties sub cruce invenitur thesaurus, nempe Dei gratia, salus. D. 2. 95.

Adversitates sunt magna felicitas; quia quia hic laborat, ibi quiescit, & qui in hac vita ridet, in altera sœbit. Pauletti Fer. 5. post Dom. 2. Quadr.

Puer Jesus in altari apparet inter tres Virgines illam alapis & calcibus percutit, quam præ cæteris amabat. Reliquis duabus minus amatis blandiebatur. E. *Tribulatio n. 6.*

402. Sunt probationes virtutis.

Ducam per ignem, & uram, sicut uritur argentum. Tertullian. ait: Per martyria fidei examinatoria, velut in Job factum est. S. punct. 40. fol. 668.

Sunt lapis Lydius, ut probatio vestre fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, invenitur. S. Greg. ait: Nemo quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit: sic probatus fuit Abraham, tolle signum tuum unigenitum, quem diligis Isaac &c. Singula verba sunt singulares probationes. S. punct. 41. fol. 173.

Lapis Amianthus ardet quidem, sed ab igne pulchrior fit. S. punct. 16. fol. 601.

Tentat vos Domine Deus vester, ut pœnam faciat, utrum diligatis eum, an non. Sent. 13.

Quis explicet, quam diversus appareat homo in tribulatione a se ipso, qui apparebat in prosperitate? & ideo Deus probat hominem. Donec ista tribulatione probatus sis, noli tibi adulari, aut boniquidquam de te credere, quia falleris. Id quod monstrare debet, quis sis, est illa perceptio, illa ignominia, illa infirmitas, illa interna desolatio. Si tunc stas inconfusus, venies in centum eorum, de quibus dicitur: *Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se.* Si cælestis autem murmurando, querendo, blasphemando, consueta pietatis exercitia abruptendo, indignus eris Deo. *Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non est meus dignus.* Cætera proposita, quantumcumque sancta, nihil sunt sine hac probatione. Segn. *Manna 20.* April. n. 4.

Sint due candelle in altari: una pacifice omnino ac tranquille flammam nutrit, altera fumat, prestrepit, effluit, & altera aspergitur fœcibus; signum est, primam esse de cera bona & incorrupta, alteram e cera amurcata & adulterata. Ita a pat-

ri, si patienter feras adversa, signum est

te

te habere virtutem geminam: si obluere, & totam viciniam lacu complexas, virtus tua spuria est &c.

403. *In adversis non conquerendum contra Deum.*

Nos ipsi durius agimus cum Deo, ait Salvator, quam ipse nobiscum agat: Quid ergo conquerimur? B. serm. 76. n. 11. S. punct. 6. fol. 37.

Clamat forte aliquis: Eheu! quamdiu adhuc debebo pati? Audi S. Augustinum: Per totam vitam Christianus debet pendere in cruce, in hac vita enim non est tempus evellendi clavos. S. Job quindecim annis affligitur, & quidem omnibus morbis (enumerantur) nec tamen conqueritur. S. punct. 52. fol. 191.

Ille ager ad piscinam triginta octo annis jacuit: Tu statim impatiens es. *Fuge in Ægyptum & esto ibi, usque dum dicam tibi.* Clamat quis: Domine quamdiu adhuc patiar? usque dum dicam tibi. S. punct. 52. fol. 192. ad finem.

*Letamini in Domino, & exultate in gloriamini omnes recti cordi.* *Quia sunt recti corde: inter cor rectum, & distortum hæc differentia est: homo qui afflictionibus premitur, solivoluntati Dei omnia adscribit, perversi cordis homo se injuste pati vociferatur, voluntatem Dei calumniatur &c.* A. lect. 5. n. 14.

Nihil Deo acceptius, quam laudare ipsius regnum tanquam supremi Domini, quia ab impiis & blasphemis nullum aliud attributum magis allatur, quam ejus probitatem: igitur ea laus erit Deo gratissima, quam ejus inimici maxime impugnant; hinc est quod hæc laus in cythara Sanchoniam maxime resonet. *Viva & justa sunt judicia tua.* Considera proinde, quantum Deo placeat in adversis non tantum non conqueri, sed ejus ordinationem laudare &c. Segn. *Manna 26. Jul. n. 2.*

Deus juvenili & inculcato animo immitit adversitates, ut ille 1. Puerilem levitatem, & vitia naturæ ingenua extuat. 2. Ut indurecat ad fortia facienda & patientia, velut stomachus crudis dapibus enutritus. 3. Ut præparetur ac cruce ferenda pro gloria Dei, & animæ salute. C. Prov. 3. v. 12.

404. *Sunt simul Virtutis & devotionis.*

*Oculi nostri semper ad Dominum, donec miseretur.* Cur dicit donec miseretur? nempe loqui videtur in persona eorum,

qui Deo serviunt ex timore flagellorum; ut mancipia; si cessat adversitas, cessant etiam ipsi servire Deo. B. serm. 85. n. 19.

Sicut cicada, dum non ardet, silet: ita multi quamprimum ab adversitate liberi sunt, tepescere incipiunt. S. punct. 28. fol. 163. & punct. 45. fol. 178.

Navis in medio mari iactabatur fluctibus, & tamen Christus voluit præterire: Quare? S. Augustinus respondet, si statim succurrisset, discipuli non orasent: *Ut clamarem eliceret, cui subvenire oportere.* S. punct. 1. fol. 3.

*Simulabat se longius ire:* Cur? S. Bernardus ait: ut audiret illud: *Mane nobiscum Domine.* S. punct. 2.

Sicut cera non recipit figuram sigilli, nisi prius præmollitur: ita anima non recipit virtutem & gratiam, nisi prius tribuletur. C. Gen. 33. in fine &c.

Preciosus lapis Heliotropia viridis coloris, & sanguineis maculis confersus, si in aqua ponatur, sole desuper splendente, aquam ebullire facit. Sic adversitas animum devotione & amore Dei accendit.

Candelabrum cum septem lucernis contra aquilonem poni debebat: an non ventus extinxit lucernas? Non! quia veritas tribulationum magis inflammat. S. punct. 28. fol. 125.

Fabri ferrarii ignem aqua conspergunt, ut intendatur calor: ita adversitas inflammat caritatem. S. punct. 41. fol. 172.

Palma ex icu proficit: ita anima ex icu adversitatis. S. punct. 148. Huc facti sunt illud: *Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles &c.*

405. *A nobis ipsis ortum habent.*

Arbores inierunt consilium, quomodo a frage immunes esse possint? Cedrus respondit: Nos ipsæ lignum damus ad manubria asciamum, quibus sternimus: ita nos peccatis nostris causa sumus nostrarum afflictionum. B. serm. 68. n. 16. & seq. serm. 76. n. 11. Vide Titulum *Justitia Dei.*

Examiner quilibet suam conscientiam, & facile deprehendet causam, cur arcano Dei consilio adversitatibus affligatur. S. Ephrem adhuc juvenis vaccam occidit ex retulanti: postea tanquam complex prædatorum in carcerem rapitur, ibi ab Angelo & a conceptivis edocetur, quam mirabiliter Deus peccata occulta puniat. Quamquam enim & ipse & alii captivi non erant rei impacti criminis, tamen unus ob misericordiam proximo denegatam,

gatam, alter ob falsum testimonium, ille autem ob vaccam peccanter occisam se sentiebant puniri. D. 1. 83.

S. Athanas. ser. de Pass. Dom. Sicut, si quis ignem manu jacere velit in hostem; prius suam ipse manum adurit, ait S. Athanasius: ita qui injuriam in proximum machinatur, aut Deum offendere cogitat, sæpe malum sibi ipsi irrogat. Exploret quilibet suam conscientiam, deprehendet verum esse pronuntiatum S. August. *Malorum omnium nostrorum causa peccatum est.* C. in Habac. c. 1. v. 4.

Regius Pfalter ait: *Tribulatio & angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est.* Qualis hæc connexio, a tribulatione ad mandata? Nimirum, quando se affligi a Deo sentiebat, statim se examinando meditatus est mandata, an non hujus vel illius transgressione hanc peccati tribulationis a Deo commoverit? propositum etiam adjunxit servandi deinceps præcepta, ut hanc tribulationem a se amoliretur &c.

406. *In adversis fiducia ponenda in Deo.*

Christus in cruce non noluit, donec consummaretur Scriptura ad ultimum apicem: Quia igitur dubitas de auxilio toties promisso? S. p. 22. f. 91. 92. p. 28. f. 124.

David circumdatus ab hostibus elabi non posse credebatur, nisi tanquam passer in montem evolare, & ecce! nuntius venit, Regem Saul obsessum ab hostibus indigere opera eorum, qui custodiebant Davidem. Alia vice a tela araneæ tegitur. S. punct. 28. fol. 124.

Deus statim in auxilium venit, dum nos videri in afflictione ejus auxilium implorare. S. punct. 38. fol. 163.

*Dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis.* Sic in arduis & arctis spes contra spem ponenda in Deo cum Abrahamo, dicendumque cum Pfalter: *si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.*

Multi in afflictionibus ad humana auxilia consugunt. Sed male! sperent potius in Deo. S. Petrus bis super aquas ambulat, ut nudus mergitur, ut vestitus non mergitur: intrum! potius debuisset contingere contrarium? Ratio est: quo magis nos securos facimus, minus securi sumus. Deo soli competit auxiliari, non humanis consiliis. S. p. 28. f. 125. Gedeon dimittit milites, & tunc victoriam obtinet. S. lb. Vide Tit. *Spez. Mons Moria, in quo Abraham filium*

*D. Clausi Spicil. univers. Pars II.*

sumi Isaac immolaturus erat, usque hodie, dicit Moyses, vocatur Mons, *Domimus videbit.* Ad hunc montem ascendunt omnes Christiani in tribulatione afflicti, id est, in montem templi, in montem spei, in montem orationis, & Dominus providebit. C. Gen. 22. v. 14.

407. *Libenter pati Christianum est.*

In cruce per totam vitam debet pendere Christianus, ait S. Augustinus, non enim in hac vita est tempus evellendi clavos. S. punct. 52. fol. 191. & punct. 51. per totum.

S. Thomas Villanova ait, dulce est pati crucem, veniat ad conformitatem Christi. S. punct. 26. fol. 659.

*Accipe puerum, & fuge in Ægyptum.* Ubi Maldonatus: Videtur Ægyptus esse schola filiorum Dei, quia adolere non possunt, nisi venterent. S. punct. 50. fol. 190. & punct. 51. per totum.

Cum in monte Oliveti Petrus stricto gladio resisteret turba apparitorum, dixit Christus: *Calicem quem dedi mihi Pater, non bibam illum: Mihi Christifane, cum ab aliqua adversitate invaderis, appetitus sensualis statim vices Petri agit, resistit, reluctatur, mille rationes suggerit repugnantes: sed tu noli altercari, dic tantum, calicem quem dedi mihi Pater, non bibam illum: & hoc gnomo sufficit ad firmandum animum, ut ad exemplum Christi generose patiaris.* Segn. *Manna 22. April. num. 1.*

Multi admirantur, cur Christiani magis, quam infideles adversitatibus premantur? Ratio est, quia pati Christiana donum est. Neo-conversus Japonensis multis tribulationibus pressus ad gentiliismum revertitur, & crucifixum cultro vulnerat. Sed suo malo; quia comperit, quod promissum sibi namque eo vulnere occiderit. R. cent. 3. p. 2. mir. 13. Debuisset infelix scire, quod cruce & adversitates sint tessera, & signum characteristicum Christianorum. Id postea didicit: hinc ad fidem, quem deseruerat, reversus est.

S. Jacobus Apostolus horrat omnes Christianos: *Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis.* Tac. 1. Tentationes autem hic intelliguntur triplicis generis: 1. Tribulatio seu afflictio v. g. paupertas, fames, morbi &c. 2. Persecutiones, quas fideles patiebantur a Judais. 3. Incitatio ad peccatum, seu externa a dæmone, seu interna a concupiscentia &c. C. Jac. 1. v. 1.

408. *Aperiunt oculos ad agnoscendas veritates æternas.*

Prospera mundi excecant, sicut nimia humorum copia, nimia pinguedo, nimius fulgor. Novit id optime David: *Ab altitudine diei timebo, id est dum prospere omnia succedunt, lumen oculorum meorum non est mecum.* Hic fulgor Salomonem excecavit, ait Bern. Sed hanc cæcitatem corrigi adversitas: filium prodigum famem revocat, quem saturitas expulerat, ait Chrysof. S. punct. 41. fol. 171.

O quot hominibus adversitas fuit collyrium Apocalypsis, fel Tobie, & squame oculorum Pauli. S. p. 40. f. 170.

David suas illuminationes, quas in Psalmis habet, fere omnes acquisivit occasione tribulationum. S. punct. 41. fol. 171. punct. 49. fol. 188.

*Podagogus nosse tribulatio est,* ait Chryf. Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas: O quot remaneret in cæcitate, nisi Deus ipsis oculis aperiret per aliquem casum honoris, aut rerum jacturam. S. punct. 41. f. 172.

Regulus ad Christum venit, dum filius infirmatur, in felicitate non venisset. S. p. 43. fol. 175. M. conc. 29. aff. 2. n. 11.

Qui tranquillo mari navigant, oculos ad celum raro extollunt: at si tempestas ingruat, tunc clamant: *Domine salva nos.* Tribulatio est optimum remedium, ad ingrandam Dei cognitionem.

Quanto tempore Deus cor illius puellæ alloquitur, ut eam a periculo confortio avertat, ab aspectibus, risu, & immodesto vestitu coerceat: frustra omnia? Quid facit in lectum eam conjicit, tunc discit humiliari &c. Accipitur satur ad Dominum clamantem non redit, sed famelicus &c. P. p. 2. disc. 14. n. 19.

409. *Iusti ex adversitate proficiunt, improbi depravantur.*

Rom. 5. S. Paulus de iustis: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes, spes autem non confundit.* E. contra S. Bernardus de improbis: *tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatione desperationem, desperatio interimit.* S. punct. 45. fol. 179.

Ab Aquilone venire dicitur malum, & aurum: nimium mali ex tribulatione malum, probrum aurum colligunt, exemplum est S. Job & ejus uxor. S. lb. f. 179.

In Jordane aquæ superiores dicuntur intumuisse in montem, inferiores vero descendisse in mare mortuum: Aquæ sunt tribulationes, quæ apud iustos in montem meritorum exerecunt, apud impios in mare mortuum fluunt: Quidquid in mare fluit, amarefcit. S. p. 45. f. 180.

Quæ diversitas inter infernum & purgatorium? Respondeo in purgatorio est conformitas cum voluntate Dei, in inferno difformitas: ira quisquis illibenter sustinet tribulationes in hac vita, infernum habet: patienter autem sustinentes habent purgatorium, quia purgantur a peccatis. S. punct. 117. fol. 359.

Deus permittit iustos ab impiis affligi, ex variis rationibus: 1. Ut ostendat suam celsitudinem, scilicet se his sceleribus non parum, nec turbari; sicut sol cloacas illuminans earum sordibus non fœdatur: ita Deus sceleribus impiorum non tangitur. 2. Ut piis det materiam patientiæ & virtutis; hinc S. August. *Iustus, quidquid malorum ab iniquis illis irrogatur, non est poena criminis, sed examen virtutis.* 3. Ut ostendat suam longanimitatem, quæ impiorum longanimitatem expectat. 4. Ut demonstraret omnem mundi pompam, & opea esse rem contemptibilem, etiam suis hostibus communem &c. C. Habac. c. 1. v. 4.

410. *Adversitas maxima est ad adversitatem non emendari.*

*Asa nec in infirmitate sua quesivit Dominum,* cum tamen infirmitas et data sit, ut quæretet Dominum. *Curavitur Babylojem,* & non est sanata: Pharaon induratus est, quia per plagas non emendatus. S. punct. 45. fol. 181.

Vis nosse nulla poena quanta sit poena, Davidem interroga: Is exclamavit: *Irritavit Dominum peccator: Quare? quia secundum multitudinem iræ suæ non quæret.* S. punct. 45. fol. 181.

*Ne declines in ira a servo tuo,* clamat David: quasi dicat: *ne cælestis Medice transi domum meam.* S. p. 50. fol. 192.

Si Medicina, puzvalente vi morbi, suo effectu frustratur, signum est mortis. Si urbi obfesse suppetia nulle mittantur, aut ipsi milites præsidarii cum obsidentibus clam conspirent, actum est de urbe, certe paulo post in manus hostium devenit. Ita parem in modum fit, si tribulatio, quam Deus in correctionem peccatoris mittit, sine emendatione toleretur. Hinc S. Aug. ait: *Nemo gratulatur.*

*tur homini in prosperitate, cuius peccatis adest ultor, & adest laudator. Major hæc ira Domini est; irritavit enim Dominum peccator; ut correctionis flagella non patiantur.* C. in Habac. 1. v. 4.

411. *Permittuntur ad gloriam Dei.*

De illo caeco nato quærebant Apostoli: An ille, vel parentes peccarint? Respondit Christus, neutrum: sed ut gloria Dei manifestetur in illius sanatione. Brev. Fer. 4. infra Dom. 4. Quadrag.

Lazarum non præservavit Christus a morte, sed morti permisit: Quare? S. Augustinus respondet: *Ustulit sanare, ut possit resuscitare.* Brev. Fer. 6. infra Dom. 4. Quadrag.

*Tritura mea, & filii areæ mee.* Frumentum & grana trituratione excutuntur, sic Judæi ab Assyriis & Chaldæis fuerunt trituri, & excussi. Tribulatio est tritura, quæ nos filios areæ Dei, a paleis purgatos facit, ita ut dicere cum S. Ignatio Martyre possimus, *Frumentum Dei sum, dentibus bestiarum molar.* Per hanc trituram Deus sibi comparat servos suos, juxta illud S. Augustini: *Nullus servus Christi sine tribulatione est, si putas te non habere persecutiones, nondum captus esse Christianus.* C. Ha. 21. v. 10.

Sicut Mater filiolium in Ecclesia irreverenter circumspicientem levi verberè admonet, ut oculos ad Altare convertat; ita Deus tribulatione monet Christianum, ut in creaturis circumvagari desinat, & animum in Deum erigat. Sic fateatur David: *Tribulatio & angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est.*

Hebræi in Ægypto nonaginta annis durissima servitute affliguntur, cur? ut Potentia Dei in decem plagis manifestetur. C. Exod. 1. v. 10.

Innocens Joseph a fratribus odio habitus, in cisternam missus, & venditus est, ut hac occasione veniret in Ægyptum, & ibi genti idololatæ prædicaret magna Dei. Omnia prodigia Moysis ex hac persecutione ortum traxerunt.

Filii Israel quanto magis ab Ægyptiis opprimebantur, tanto magis crescebant, & multiplicabantur. Multi peccatores tribulationibus affliguntur, ut agnoscentes culpæ suæ reatum, tanto ardentius penitentiam agerent. Filius prodigus forsan non rediisset ad patrem, nisi fame & inopia ad saniorē mentem fuisset reductus &c.

412. *Caufantur a peccatis.*

Nautæ exonerant merces, ut alleviaretur navis, ait Hieronymus, & non cogoverunt onus esse fugitivi Prophete. Paralyticus ad Christum ducitur, ut sanaretur corpore tunc, & Christus sanavit eum animam: S. Thomas ait: *Removebat agnitionem causam, ut post induceret sanationem.* S. p. 44. fol. 176. Achab vulneratus est, non casu, sed Domino dirigente sagittam. S. lb. fol. 176. Fratres Joseph furti accusati statim recordantur, se meritos fuisse hoc malum propter venditionem Joseph. S. p. 160. fol. 517.

S. Ephrem innocenter incarceratus agnoscit hoc supplicium sibi provenire a Deo, quia in juventute tanquam petulans puer pauperis viri vaccam lapidibus ad mortem usque persecutus fuerat. D. 1. 83.

Nos sæpe causam adversitatum in contumacitate, in dæmonem, in iniquam fortem rejicimus; sed revera peccatum eorum fons est; *Justitia elevat gentes, miseris autem populis facit peccatum.* Imperator Phocas palatium suum velut castrum obmunit, fed vocem audit: *Si vel ad celum muros educas, intus cum sit malum, urbs capta facilis est.* P. p. 2. disc. 12. n. 4. & 5.

Quando Rex Antiochus infelici bello premebatur, & tota ejus fortuna retro cedeat, contristatus valde recogitavit pristina peccata, inquires: Nunc recordor malorum, quæ feci in Jerusalem. Ita si te afflictio feriat, recordare peccatorum olim commissorum, quæ nunc Deus punit.

Ecclesiasticus ingentem malorum catalogum recenset, quibus orbis vexatur: *Mors, sanguis, contentio, romphæa, oppressiones, fames &c.* Quibus addit Cardinalis Hugo, hæc omnia veniunt super homines, propter iniquitates eorum. B. ferm. 38. n. 9. & term. 65.

413. *Pati est gloriosum.*

Dies decima mensis septimi, ut legit Origenes, erit vobis dies propitiationis, En? afflictio appellatur dies festus animæ. S. punct. 47. fol. 182.

Sancti gloriosum sibi duxerunt pati, uti S. Joseph, Apostolus Paulus &c. S. lb. fol. 183.

Paulus in vinculis gloriosior videatur Chryf. quam raptus in calis. S. lb. f. 183.

S. Apostolus Paulus de passionibus suis & cruciatibus gloriatur: *Ego vincus in Domino &c.* M. conc. 29. aff. 2. n. 12.

M 2 S. Chry-

S. Chrysoſtomus mallet eſſe Petrus ca-  
tenatus, quam Angelus ille, qui excita-  
vit Petrum. M. conc. 29. n. 13.

S. Franciscus cum fratre Leone tempore  
hyemali Aſſiſio ibat ad S. Mariam de An-  
gellis, & in via hanc diſcurſum formabat:  
Frater Leo, licet fratres Minores dent ſan-  
ctitatis exempla, in hoc non eſt perfectæ  
lætitia: Etiamſi illumarent cæcos, &  
miracula facerent: etiamſi ſciant omnes  
linguas & ſcientias: etiamſi noſcerent cur-  
ſus ſtellarum, & virtutes herbarum: et-  
iamſi omnes infideles converterent &c. in  
hoc non eſt perfectæ lætitia. Quærent Leo-  
ne in quo ergo ſit perfectæ lætitia? Re-  
ſpondit: Si nunc in Monafterio, quo per-  
gitimus, portarius nos excluderet, pro dece-  
ptoribus haberet, in brumali frigore per  
totam noctem relinqueret, portam non  
aperiret, noſtrum oneraret, baculis abige-  
ret, & omne malum nobis inſulgeret, nos  
autem hæc omnia mala patienter pro Deo  
toleraremus, hæc eſſet vera lætitia, ni-  
mirum pari propter Chriſtum & eius ca-  
ritatem; quia illa ſupra dicta non ſunt  
noſtra, ſed Dei: pati autem propter Chri-  
ſtum noſtrum eſt. E. Letitia n. 2.

Chriſtus Dominus ſuo ſanguine & mor-  
te, imo ſua præſentia carceres & tor-  
menta SS. Martyrum dulcoravit, uti S.  
Catharinæ, & aliorum &c.

414. Non plures dantur quam homo ferre  
queat.

Jeremiâs vidit virgâ vigilantem, quia  
Deus non cæco modo, ſed maximo cum  
iudicio ferit, ut magnitudo pœne mag-  
nitudinem culpe non ſuperet, nec adequet,  
ait Corn. a Lapide. B. fer. 33. nu. 25.  
S. punct. 39. f. 167.

Si virga tapetem percussas, pulverem  
dabit: An virga pulverem facit? Non:  
ſed tantum prodiit latentem: ſic ſi ad-  
verſitas impatientiam tibi cauſat, non  
adverſitas impatientiam tibi cauſat, ſed  
adverſitas hunc pulverem excitat, ſed  
prodiit: B. fer. 33. n. 25. S. p. 36. fol.  
158. punct. 39. f. 167.

Ligat aquas in nubibus, ne ſimul om-  
nes erumpant: Angeli tenebant, & mo-  
derabantur ventos: Deus ipſe tenet cali-  
cem, quem cuique propinat, non ſinit  
ipſi in manus bibenti, ne plus, aut minus  
bibat. Deus comparatur unicornio, hoc  
enim animal cornu, & oculos ſimul con-  
iunctos habet, & dum ferit fanat &c. S.  
punct. 39. fol. 167.

Quid conquereris: non ſolus ſers cru-  
cem, ſed gratia Dei tecum: farina E-

liſei totam colocyinthidæ ollam dulco-  
rat: ſic gratia Dei dulcorat amaritudi-  
nem adolviſatis. S. punct. 27. fol. 660.  
M. conc. 27. aſ. 1. n. 3.

Fidelis Deus, qui non patietur nos ten-  
tari ſupra id quod poſuiſti: S. Ephrem  
ait: Si enim homines ſuis iumentis non  
plus oneris imponunt, quam ferre queant,  
multo minus hominibus plus tentationum  
imponat Deus, quam ferre queant.

Multi conqueruntur ſe ab adverſitate  
opprimi: Scis qua ratione alleviare poſſis  
tuam crucem? S. Bern. ait: Reſpice ad  
culpam, que dimittitur, ad gratiam que  
immititur, ad gloriam, que promittitur.  
Segn. Manna 22. April. n. 2.

Calicem quem dedit mihi Pater, non  
bibam illum? En dicit, Pater non Deus  
tribuit calicem: Quare? Utiſcamus non  
debetur in aſſiduiſſimis, quia Deus ca-  
ſtrando agit officium Patris &c. Segn.  
Manna 22. April. n. 3.

415. Libenter pati eſt ſignum prædeſtinationis.

Angeli Lothum ex incendio edulentes  
apprehenderunt manum eius: Abulentiſ-  
ſime ait: violenter! ecce quem manus Domini  
violenter apprehendit, ex incendio ge-  
hennæ evadit. B. fer. 48. n. 30. & lb. 6. 7.

Sicut impatientia in adverſis eſt ſignum  
reprobationis: ita &c. B. fer. 3. n. 33.  
ſerm. 45. n. 26. S. p. 46. fol. 181.

Nihil eſt communius aſſiduiſſis quam  
optare aliam, non hanc aſſiduiſſionem.  
Chriſtus dixit Calicem, quem dedit mihi  
Pater, non dicit quem dedit mihi Pater:  
ut indicaret hanc paſſionem jam ab æter-  
no eſſe illi præparatam. Tu etiam mi Chri-  
ſtiane crede adverſitatem, quam patieris,  
eſſe a Deo præparatam jam ab ipſo ele-  
gionis tuæ principio: Ratio eſt, quia jam  
tunc, cum te elegit ad gloriam, etiam me-  
dia deſignavit, quibus eo te proveheret,  
& inter ea hanc moleſtiam quam patieris:  
ſi hanc excutias, forſan turbas totam ſer-  
vitiæ tuæ prædeſtinationis, & conſequen-  
ter te exponis periculo ſalutis amittende.  
Cur dicis malle te aliam aſſiduiſſionem  
pati, quam iſtam? Erras: Hanc Deus  
præparavit ut medium tuæ ſalvationis,  
ipſe cognovit neceſſitatem tuam, menſus  
eſt fervorem, ponderavit vires, & his  
omnibus ſædatis diſpoſuit ſuper te hanc  
crucem: Potum nobis dabit in lacrymis  
in meſſura. Segn. Manna 22. Apr. n. 4.

Deus hominibus iuſtis adverſitates in-  
ſidit, ut eos tam corpore quam anima  
ad tubendos labores & agones tanquam  
athle-

Seneca I. athletas induret; unde Seneca: Deus bo-  
nos ut æterni Pater durius educat, valguis  
eos doloribus ac clamoribus robur colligere.

Veriſſimum eſt illud Gloſſæ: Tanto mi-  
nus de flagello Dei murmurare debemus,  
quanto certius in eo pignus paternæ di-  
lectionis tenemus. C. Prov. 3. v. 12.

Sancti Martyres quaſi privilegium ha-  
bent ad Calicem: adverſitates autem patien-  
ter toleratæ æquivalent Martyrio; nam ut  
ait S. Auguſt. Carnem aſſiſiſſe, libidinem  
ſuperſeſſe, avaritiæ reſiſtiſſe, de mundo  
triumphaſſe, pars magna martyrii eſt.

416. Præſervant a peccatis.

Samſoni obviabat Leo in via prope vi-  
neas: Quare ibi? ne ad vinum vitium  
(Nazareus enim erat) manum extende-  
ret, ait Villaregius. B. ſerm. 33. n. 34.

Saul a Philistiæis irruentibus impeditur  
a cæde Davidis. B. ſerm. 45. n. 23. ſer.  
52. n. 11. ſerm. 78. n. 10. S. p. 42. f. 173.

Ille cæcus natus eſt non quia peccavit,  
ſed ne peccaret, melius erat illi eſſe cæ-  
cum ad ſalutem, quam incolumen ad  
damnationem. S. punct. 42. fol. 173.

Abimelech Saram non violavit impedi-  
tus morbo: hinc Deus ſæpe permittit fra-  
ctionem cruris, aut brachii, ſicut permi-  
ſit Balaam ex lapſu aſinæ, ut homo re-  
vertatur &c. S. p. 42. fol. 173. 174.

Propter hoc, ecce ſepiam viam tuam ſpi-  
ritus: Deus ſepit & obſtruit vias peccato-  
rum, cum eos a peccato, morbis, æru-  
minis, odiis, & perſecutionibus cohibet,  
vel ipſas occaſiones auferit. Sic Adamo  
ſuperbienti, ne ad lignum paradifi rever-  
tatur, Cherubinum cum gladio oppoſuit.

Libidinosos coercent, dum occultæ eorum  
delicta cum infamia prodiit. Sic Iſraeli-  
tas fornicantes cum filiabus Moab per vi-  
ginti quatuor millium internecionem  
compœſcit. Sic guloſos ab ingluvie co-  
hibet per paupertatem, aut morbos, am-  
bitioſos per jacturam patronorum &c. C.  
in Oſee 2. v. 6.

Sicut ſal præſervat carnes a putredine:  
ita tribulatio præſervat corpus & ani-  
mam a concupiſcentia & peccato: imo  
tribulatio eſt diſciplina humani generis,  
ſine qua Deus nullam dat hominibus gra-  
tiam. C. Jac. 1. v. 1.

417. Facile tolerantur exemplo Sanctorum,  
& Chriſti Domini.

Job, & Lazarus erant miſerabiliter æ-  
groti. Iſaac, Jacob, Samſon, Tobias  
D. Clavi Spicil. univerſ. Pars II.

erant cæci. Petronilla, Gregorius, Pau-  
la, Hildegardis, alique temper erant aſ-  
ſiſtæ valethidinis &c. B. ſerm. 45. 6. 7.  
Transiimus per ignem & aquam, poſ-  
ſunt omnes Sancti dicere in celo. S. p.  
148. fol. 460.

De Chriſto patiente ait Laurentius Ju-  
ſtiniani: Quis pati renat patiente Do-  
mino? Paſſio Paſſione vincitur: Dolorem  
ſervi dolor lenit Domini. S. p. 37. f. 774.

Moyses inœtanti populo ſæpe prelegi  
lubet vitam Jobi, ut eius auditu ad ſe-  
renda adverſa animarentur. Joannes Re-  
Luſitanæ agrorum aulicam inviſens, cum  
cœneret eum ad ſumendam amaram pau-  
perem perſuaderi non poſſe, partem po-  
tionem bibiſſet, & ſic ſuo exemplo agrorum  
animavit &c. D. 5. 84.

Aquæ in mara amara dulcorantur per  
lignam a Moſe injectam: ſic adverſitates  
dulcorantur per lignum crucis Chri-  
ſti. C. Exod. 15. v. 25.

Ubi S. Chryſt. Eſt fortitudinis excellentiſſimus  
gradus, non tantum patienter, ſed læ-  
tenter quoque adverſitates ferre. Addit-  
que, hanc lætitiæ eſſe omnibus ſignis  
& miraculoſiſſimam. Chriſtianos a  
Gentilibus divexatis, cum interrogare-  
tur, quid Miraculi Chriſtus voſter, quem  
colitis, fecit? Reſpondit: Quod hiſ, &  
majoribus, ſi intuleritis, non movear, nec  
injuriis offendar! C. in Act. Ap. c. 5. v. 41.

S. Paulus exultat in vinculis, S. Lau-  
rentius in craticula. S. Vincentius in tor-  
mentis, S. Tiburtius in prunis, S. Theo-  
dorus toto corpore dilaceratus canebar:  
Benedicam Dominum in omni tempore:  
ſic Joannes Fiſcherus Epicoſopus Roſſen-  
ſis ab Henrico VIII. ad mortem dama-  
nus canebar Hymnum: Te Deum lauda-  
mus! &c. C. in Act. Ap. c. 5. v. 41. &c.

418. Anime ſerunt varias utilitates.

Primo: Faciunt, ut homo mundum  
contemnere diſcat. S. Laurentius Juſti-  
niani ait: Mundus dum tot anaritudi-  
nibus cruciat, quid aliud, niſi ut non a-  
metur clamat?

Secundo: Avocant a periculis, quæ  
latent in proſperitate: ſicut hiems, ait  
Leſſius, in plantis conſervat calorem: ita  
adverſitas in anima devotionem.

Tertio: Expungunt peccata: hinc  
David: Virga tua, & baculus tuus iuſta  
me conſolata ſunt. Per Virgam & bacu-  
lum intelligit adverſitatem. Domitius  
Imperator inter ſpectacula baculos

projicit in populum, in quibus latebat scheda magna summa pecuniarum: ita in adverte latebent scheda æternæ retributionis. B. ferm. 33. n. 38.

Quarto: Adverfitates sunt medicina, qua Deus animam sanat. B. ferm. 65. n. 18. S. punct. 41. fol. 179.

Quinto: Adverfitates aperiant oculos, quos sepe mundana prosperitas claudit. S. punct. 41. fol. 171.

Sexto: Adverfitates purgant, illuminant, perficiunt. S. punct. 41.

Septimo: Indurant, & confortant animum ad perferenda adverfa, & cruces quascunque. Sic Angelus luctatus cum Jacobo, & ab eo superatus, spem illi fecit, quod fratrem Esau insidiantem pariformiter esset victurus; hinc dixit Angelus: Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævaleris? C. Gen. 32. v. 24.

Octavo: Sicut tribulationes sunt testimonium, quod Deus recordetur memoriam Dei, & in me continuo conservant memoriam Dei. Providebam Dominum in conspectu meo semper! Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse excollet de laqueo pedes meos! C. in Thren. c. 3. v. 20.

Psal. 15.  
Psal. 74.  
Ps. 75.

419. Adverfitas maxima est nullam habere adverfitatem.

S. Hieronymus ait: Magna ira est, quando peccantibus non irascitur Deus: Quia nimirum pœnas in alteram vitam differt. B. ferm. 68. n. 11. & seq. ferm. 61. n. 21. 22.

Quos Deus amat, illos castigat: Ubi igitur castigatio deest, etiam amor deesse metuendus est. B. ferm. 76. n. 16. 17. seq. Desperata vita est, si medicus agroti non amplius prescribit medicinam. B. ferm. 48. n. 16. 17. 21.

Vis nosse, nulla pœna, quanta sit pœna, ait S. Augustinus, Davidem interroga, qui ait: Irritavit Dominum peccator: Quare? quia secundum magnitudinem iræ sue non querit. S. punct. 46. fol. 181.

S. David rogat: Ne declines in ira a servo tuo. Quid rogas David? utique melius est, si Deus iratus declinet? nullo modo: si enim medicus prætergreditur domum agroti, malum omen est: ita rogat David, O celestis Medice, ne prætergredere. S. punct. 50. fol. 190.

Caupone semper prosperum ubi S. Ambr. diversabatur, terra una cum domo absorbet. S. lb. E. Prosperitas n. 1.

Deus minatur: Ira magna irascit. Ubi Hieronymus: Magna ira est, quando

peccantibus non irascitur Deus; nunquam magis iratus fuit urbi Jerusalem, quam cum dixit, jam non irascetur tibi. Medicus cum curare desinit, desperat. S. p. 50. fol. 190.

Bene Seneca ait: Nihil infelicius eo, cui nihil accidit adversi... quia nimia felicitate torpescit, quem tranquillitas, velut in mari leno detinet: Et Epide-tus Stultus, si prosperitatis voluptate nimium fruitur, stultior efficitur. C. in Habac. c. 1. v. 4.

Seneca  
lib. de  
Prov. d.

Epist. in  
Enchir.

### Morbi

420. Animæ multum profunt ad Virtutem.

Sunt officina virtutis: de S. Job ait Augustinus: O quam suavem fontem dedit, dum a Deo erat percussus. Campana ab artifice sua non statim in turri suspenderit, sed prius explorator sonitus: ita Job ait: Manus Domini tetigit me, &c. B. ferm. 33. num. 40. ferm. 21. §. 4. ferm. 78. n. 10.

Regulum traxit Deus per infirmitatem filii, qui in felicitate non venerat. S. punct. 43. fol. 175.

Sicut si far delictum negat, iudex affertur curat tormenta, ut confessionem extorqueat; ita Deus infirmitatem, febrem mittit: O quam multi tunc clamant: cito veniat Confessarius &c. S. p. 43. fol. 176. S. Greg. ait: foris verbera admo-vet, ut intus vulnera sanet. S. lb. f. 176.

Beatus Benjamin, a Deo habuit gratiam sanandi hydropem laboraret, ut propter tumorem corporis per octo menses semper latior sella illi deberet supponi, noluit tamen prodigiosum oleum sibi ipsi applicare, ut non perderet meritum patientiæ. Cum mortuus fuit, janua debuit dilatari ob tumorem corporis, ut posset efferri. E. Tentatio n. 5.

Bleffilla febris cada didicit saculum ejusque pompas fastidire, ait S. Hieronymus: Antea morosus ornabatur, & tota die, quid sibi deesset, ad speculum explorabat: nunc ad orandum festina confurgit, & Deum laudat. Flebantur genua super nudam humum! pulla tunica minus, cum humi jacuerit, fordidatur, &c. C. lsa. 38. n. 3.

Anima morbo afflata Deo propinquior est, ait S. Greg. Nazianz. Ita Senex discipulum infirmum hortatus est: si ferum es, per ignem æruginem amittis! si aurum es, per ignem probatus ad majora procedis.

S. Hier.  
ad Marc.  
ep. 19.

cedis. Suffine & roga Deum, ut quæ ipse vult, illa concedat. C. 2. Cor. cap. 12. v. 9. Item Eccli. 38. v. 9.

421. Sunt medicina Dei ad purgandas animas.

In infirmitate avarus evomit divitias, quas devoravit: quando alias restituisset: August. ait de morbo: videtur pœna, & ruina, & est medicina. S. p. 41. f. 170.

Job 33.

Inrepat per dolorem in lætulo. Hic per ignem febrilem extinguitur ignis concupiscentiæ: ante stomachus nauseabat Sacramenta, verbum Dei: nunc nauseat re-creationes, & carnalia: disceit orare, cum Deo loqui, & seperedit ad primam innocentiam. S. punct. 41. fol. 172.

Bos ille lassus in Cherubin mutatus est: ita multi ex lassitudine mutantur in Angelos. S. lb. fol. 172.

Sicut Medicus corporalis, ita Deus agit: Medicus calores caloribus overando compescit, & ardores sitis macerando restringit, ait Tertull. M. conc. 37. aff. 1. n. 8.

Angelus deturbavit Balaamum asina, & per asinum eruditur: Asina corpus est, quod dum febre cadit, spiritum erudit. Psal. 21. S. punct. 98. fol. 297. & seq.

Psal. 21.

Factum est cor meum tanquam cera liquefcent: Cera liquefit, ut aliam formam recipiat: ita Deus febrem mittit &c. M. conc. 12. aff. 3. n. 5. conc. 23. aff. 3. C. Eccli. 38. v. 9.

Conversus quidam inconstans trinis omnino vicibus & Monasterio Clarevalle profugit: tandem vero contrito corde & quotidianis plandibus penitentiam agens, se Divinæ Justitiæ ad quæcumque supplicia obtulit. Percussus ergo ulcere pessimo, apostemate cancroso, per aliquot annos decubens acutissimos dolores passus, tandem ita purgatus est, ut in articulo mortis prægustata cæli dulcedine suaviter cantare cepit. E. Inconstantia 2.

Nobilis quidam celestissimus, infirmitate correptus, iniqua bona restituit, & jugibus laceris peccata densens, corpus mortificavit. Qua penitentia adeo placuit Deo, ut etiam prophetæ donum adeptus, mala impendit Thuringiæ prædixit. E. Mors n. 17.

422. Non congerendum de diuturnitate aut gravitate.

S. Job quindecim annis patitur, & quidem omnes morbos: ille ager triginta octo annis jacuit ad piscinam: Lazarus

miserime affligitur: Tu statim conqueris: Domine, quamdiu adhuc patiar? Fuge in Egyptum, & esto ibi, donec dicam tibi. Noli querere quamdiu? Donec dicam tibi. S. punct. 52. fol. 192.

Deus in arca Noe clausit ostium foris, ut egredi non possint, donec Deus volet. S. lb. fol. 193.

Sponsa terrens, ne sponsum contriscent, o quot dolores perferunt: Tu vero, inquit S. Theresia, ut celesti sponso placeas, non fers patienter &c. S. p. 126. f. 397.

Vir fidelis & prudens per integrum annum dolorosissime decubens rogavit a Deo mortem. Angelus autem dedit illi optionem, an adhuc integro anno infirmari, aut tribus diebus in purgatorio pati malit. Ager elegit ultimum: verum post unum diem, putans se iam sæculo ardere indoluit erorit, & Deo permitente ad corpus reversus anno integro lætenter decubuit. E. Infirmitas, n. 7.

Dominus cuidam, olim pulcherrimæ, nunc autem lepra deformate, compatibatur Episcopus, illa autem cum rifu repositus: Domine, si captivus scieret, brevi muros sui carceris collapsuros, nonne gauderet? Ecce! anima mea captiva est in hoc corpore, quidni ergo gaudeam, dum illud corripit, ut anima ad Creatorem suum abeat. E. Infirmitas n. 18.

423. Expediunt sanatur a Deo, quam a Medicis.

Ille cæca, dum ad S. Hilariem ducitur & conqueritur, se omnem substantiam in Medicos expendisse, a Sancto respondit: inquit: si quæ in Medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus Medicus Iesus. S. punct. 126. fol. 397. D. 4. 54.

Hæmorrhoïsa omnia sua in Medicos expendit frustra: dein in fimbria Christi sanatur. S. punct. 29. fol. 126.

Ægyptios nulla herba sanavit contra morbum mufcarum: sed tuus Dominus sermo. Quid igitur confidit in unctioibus, balsamis, & essentis? Asa mortuus est, quia potius in Medicorum arte, quam in Deo confidit. O quam multo dicitur: super Iesulum, quem ascendisti, non descendes, quia ad Ariolos, Pythonissas, & ad Deum Accaron confugimus, &c. S. punct. 29. fol. 127.

Hinc univerfium inaderit agrotis, ut quantumvis patitur corpus, animum in sublime tollant, & cogitationibus converterentur cum Deo. S. Paula in morbis & infirmitatibus unita cum Deo frequen-